

Band VIII., Nr. 3249, Seite 398-400

Abt Sigfried und Konvent von Maulbronn zeigen dem Abt von Citeaux und dem Generalkapitel des Zisterzienserordens an, dass sie das Vaterrecht ihres Klosters gegenüber dem Kloster Schöntal an den Abt von Kaisheim abgetreten haben.

Maulbronn, 1283. Juni 4.

Reverendis in Christo Jesu patribus domino abbati Cystercii¹ et universis abbatibus eiusdem ordinis in generali capitulo congregatis frater Sifridus abbas de Mulenbrunnen Spirensis dyocesis totusque conventus ibidem subiectionis et obedientie promptitudinem debitam ac devotam. Herodiane malitie seva crudelitas exercetur, si renascens extinguitur religio et Israelis parvuli in primis vite auspiciis occiduntur. Cum igitur domus Speciose Vallis nostri ordinis Herbipolensis dyocesis per importabilium onera debitorum usuris cotidie crescentibus ad talem statum et tam miserabilem pervenisset, quod conventus XX annis dispersus et amplius nullum ibidem regularis observantie vestigium remaneret et dicta domus creditorum potius et Judeorum quam monachorum habitatio videretur ceterisque adeo desolata, ut omnibus ruinam dicte domus discretionis oculo intuentibus resurgendi spes et opinio tolleretur, nos qui nullum adiutorium dicte domui et eius excidio impendere valebamus, venerabilem patrem . . . abbatem de Cesarea nostri ordinis Augustensis dyocesis de consilio venerabilium patrum . . . Morimundensis², C[unradi] Lucelensis, O[rtliebi] Novi Castri, C[unradi] de Alba abbatum ac conventus nostri concordii assensu, qua valebamus, instantia rogavimus, ut dictam domum, Speciosam Vallem videlicet, in filiam sibi assumeret et primitivum ibidem ordinis statum per suam industriam cum divino adiutorio reformaret. Verum quia dictus pater . . . abbas de Cesarea nominatam domum contra spem hominum ab usurarum voragine et pressurarum calamitate multiplici liberavit ad talem statum penitus reducendo, quem vires nostre nullatenus poterant inducere nec parare, memoratam domum Speciosam Vallem sibi dedimus et damus, quantum in nobis est et esse potuit, de communi et concordii conventus nostri assensu in filiam regendam et gubernandam tam in temporalibus quam spiritualibus perpetualiter sine lite, renuntiantes simpliciter et precise pro nobis et nostro conventu dicte domus filiationi litteras per presentes omnique iuris auxilio canonici vel civilis beneficio restitutionis in integrum omnique indulgentie

¹Kloster Citeaux in Saint-Nicolas-les-Citeaux.

²Kloster Morimond in Fresnoy-en-Bassigny.

II

rescripto a sede apostolica vel a generali capitulo impetratis vel etiam impetrandis omnique rei et legi, per quam dicte filiationis translatio renuntiatio impediri posset vel etiam irritari, ratam habentes insuper de pleno consensu conventus nostri antedicte filiationis translationem et confirmationem per generale capitulum factam vel etiam faciendam et eam perpetuo valituram presentibus confitemur. Et in omnium suprascriptorum evidens testimonium presentem litteram vestre sanctitati cum propriis officialium nostrorum subscriptionibus et nostri sigilli impressione transmittimus insignitam. Nos vero prior et conventus domus de Mulenbrunnen, quia sigillum ex ordine non habemus, in plenum nostri consensus argumentum sigillis venerabilium patrum . . . Lucelensis, . . . Novi Castri, . . . Sancti Urbani abbatum presentes litteras rogavimus communiri.

Datum et actum anno domini MCCLXXXIII., pridie nonas Junii, in claustro Mulenbrunnen. Nos denique Cunradus Lucelensis, O[rtlieb] Novicastrensis, M[arquardus] de Sancto Urbano abbates a conventu de Mulenbrunnen rogati in evidens sui consensus testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum appensionibus fecimus communiri.

Ego frater Marcolfus prior consensum meum subscribo.

Ego frater Sifridus supprior consensum meum subscribo.

Ego frater Swigerus maior cellerarius consensum meum subscribo.

Ego frater Gerwardus succellerarius consensum meum subscribo.

Ego frater Eberhardus custos consensum meum subscribo.

Ego frater Cūnradus infirmarius consensum meum subscribo.

Ego frater Ūlricus cantor consensum meum subscribo.

Ego frater Eberhardus grangiarius consensum meum subscribo.

Ego frater Hezelo portarius consensum meum subscribo.³

—

Nach dem Original.

Es hingen 4 Siegel an; erhalten ist nur ein Bruchstück des 3. Siegels, desjenigen des Abts von Neuburg, ein stehender Abt, von der Umschrift noch TRI erhalten.

³Die Unterschriften sind alle eigenhändig.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Augsburg

Überlieferung und Textkritik:

Original und Papierkopie. Abgegeben vom StA Ludwigsburg, alte Signatur war B 503 U 4.

Editionen:

Zeitschrift Württembergisch-Franken, 3, 2, 85.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Maulbronn

Ortsindex:

Augsburg, A

Citeaux, Saint-Nicolas-les-Cisteaux, Dep. Côte-d'Or, Frankreich

Fresnoy-en-Bassigny, Dep. Haute-Marne, Frankreich

Kaisheim, DON

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich

Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF

Morimond

Neuburg, Dauendorf, Dep. Bas-Rhin, Frankreich

Saint-Nicolas-les-Citeaux, Dep. Cote d'Or, Frankreich

Speyer, SP

St. Urban, Pfaffnau, Kt. Luzern, Schweiz

Würzburg, WÜ